

Sibthorp, John ; Smith, James Edward [Editor]: Flora Graeca, sive plantarum rariorum historia, quas in provinciis aut insulis Graecis legit, investigavit et depingi curavit John Sibthorp: hic illic etiam insertae sunt pauculae species quas vir idem clarissimus, Graeciam versus navigans, in itinere, praesertim apud Italiam et Siciliam, invenit (Voluminis primi - Fasciculus primus): Vol. I.

London, 1806

Seite 126

30

TRIANDRIA MONOGYNIA.

TABULA 42.

IRIS SISYRINCHIUM.

IRIS corollis imberbibus, foliis linearibus canaliculatis reflexis.

I. Sisyrrinchium. *Linn. Sp. Pl.* 59. *Redouté Liliac. v. 1. t. 29.* *Desfont. Atlant. v. 1. 33.*

Sisyrrinchium majus, flore luteâ (vel albâ) maculâ notato. *Tourn. Inst.* 365.

Αγριοκρίνος hodiè.

In Laconiâ; et in Cypri, Cimoli et Zaeynthis collibus maritimis. *¶.*

Radix bulbosa, solida, farinosa, suprâ sobolifera, tunicis nervosis, reticulatis. *Caulis* erectus, spithamæus, pauciflorus, teres, basi foliosus. *Folia* vaginantia, recurva, linearia, canaliculata, acuta, nervosa, subglauca. *Bractea* scariosa, ventricosæ, acuminatæ. *Flores* erecti, cyanei; laciniis corollæ exterioribus deflexis, basi cæruleo-guttatis, atque maculâ latâ, albâ, vel lutescente, anticè notatis; interioribus erectis, obtusis, longitudine stigmatis, unicoloribus: tubus filiformis, longissimus. *Stamina* albida. *Stigma* cyaneum, laciniis angustatis, acutis, dentato-serratis.

a, a. Corollæ laciniæ exteriores.

b. Ejusdem lacinia interior.

c. Stamina cum styli fragmento.

d. Germen tubo coronatum, cum staminibus stylo, ad exortum stigmatis, adnatis.

SCHÆNUS.

Linn. G. Pl. 29. *Juss.* 27.

Glumæ paleaceæ, congestæ; exteriores steriles. *Corolla* nulla. *Semen* unicum, subrotundum, inter glumas.

TABULA 43.

SCHÆNUS MUCRONATUS.

SCHÆNUS culmo tereti nudo, spiculis ovatis fasciculatis, involucrio triphylo, foliis canaliculatis recurvis.

S. mucronatus. *Linn. Sp. Pl.* 63. *Syst. Veg. ed.* 13. 81. *Willden. Sp. Pl. v. 1. 259.*
Desfont. Atlant. v. 1. 41.

Cyperus ægyptiacus. Glavin. Obs. Bot. 20. t. 3.